cum adamato iuuene. At ipsa ple
na ingenio ac dolositatis arte co
gitauit quod claues domini sui fura
retur dum dormiret et ita egit. Hec
uero assueta erat dominum suum una
quaque nocte uino inebriare ut eo
securius ad amicum suum posset ex
ire et uoluntatem suam explere.
Dominus uero illius philosophicis iam edoctus
monitis sine dolo illos esse mulie
bres actus cepit cogitare quid sua
coniux strueret frequenti et cotti
diana potatione quod ut sibi deb
poneretur finxit se esse ebrium. Cui

rei mulier inscia de lecto nocte consur-
gens perrexit ad hostium domus et aperto
exivit ad amicum. Vir autem suus in
silentio noctis suaviter consurgens
venit ad hostium domus et apertum cla-
usit, firmavitque, et fenestram ascen-
dit, stetitque ibi donec in camisia sua
nudam mulierem suam revertentem
vidit. Que domum rediens hostium clau-
sum invenit. Unde animo multum condo-
luit et tamen hostium pulsavit. Vir
mulierem suam audiens et videns
ac si nesciret interrogavit quis esset.
At ipsa culpe veniam petens et num-
quam amplius se hoc facturam promit-
tens nichil profecit. Sed iratus ait
quod eam non intrare permitteret, sed
esse suum suis parentibus ostenderet. At
ipsa magis ac magis clamans dixit
quod nisi hostium domus recluderet
in puteum qui iuxta domum erat sali-
ret et ita vitam finiret sicque de mor-
te sua amicis et propinquis redderet
rationem. Spretis minis dominus sue
mulieris intrare eam non permisit. Mu-
lier vero plena arte et calliditate sus-
tulit lapidem quem proiecit in puteum
hac intentione ut vir suus audi-
to sonitu lapidis in puteum ruen-
tis putaret sese in puteum ceci-
disse. Et hoc pacto mulier iuxta puteum
se abscondit. Vir simplex atque in-
sipiens auditu lapidis in puteum
ruentis mox et absque mora de domo
egrediens celeri cursu ad puteum
venit putans verum esse quod mulierem
audisset cecidisse. Mulier vero videns
hostium domus apertum et non oblita
sue artis intravit domum, firmato

que hostio ascendit fenestram. Ille autem
videns se esse deceptum inquit: O mulier
fallax et plena arte diabolica, permitte me
intrare et quicquid michi foris fecisti
me condonaturum tibi crede. At illa
eum increpans introitumque domus
omnimodis facto atque sacramento dene-
gans ait: O seductor, tuum esse atque tu-
um facinus parentibus tuis ostendam,
quia unaquaque nocte es solitus ita
furtim a me exire et meretrices adire,
et ita egit. Parentes vero hec audientes
atque verum esse existimantes increpave-
runt eum, et ita mulier illa liberata
arte sua flagitium quod meruerat
in virum retorsit. Cui nichil profuit
immo obfuit mulierem custodisse. Nam
isti et accidit cumulus miserie quod
existimatione fedatus ob mulieris
malloquium incessanter tulit suppli-
cium. Discipulus: Nemo est qui se ab
ingenio mulieris possit custodire nisi
quem deus custodierit. Et hec talis
narratio ne ducam uxorem magna
est dehortatio. Magister: Non debes omnes
mulieres credere esse tales, quia magna casti-
tas atque magna bonitas in multis
reperitur mulieribus. Et scias in bona
muliere bonam societatem reperiri posse,
bonaque mulier fidelis custos est et bone
domus. Salomon in fine libri sui pro-
verbiorum composuit viginti et duos versus
de laude atque bonitate mulieris
bone. Discipulus ad hec: Bene confortasti,
sed audisti tamen aliquam mulierem que
suum sensum ingenium inverterit
in bonum? Magister: audivi. Discipulus:
Refer mihi de illa, quia videtur michi
res nova. Magister.

Dictum fuit michi quod quidam hyspanus perrexit in mech(am) & dum ibat peruenit in egyptum. Qui deserta terre intrare nolens & transire cogitauit quod pecuniam suam in egypto dimitteret. & antequam dimittere uoluisset interrogauit. si aliquis homo fidelis esset in illa regione cui posset pecuniam suam committere. & ostenderunt ei antiquum hominem nominatum probitate fidelitatis cui de suo mille talenta commisit. deinde perrexit. Secundoque itinere ad illum rediit cui pecuniam commisit & quod commiserat ab eo requisiuit. at ille plenus nequicia illum numquam antea se uidisse dicebat. Ille uero sic deceptus perrexit ad bonos homines regionis illius & quomodo tractauisset eum homo ille cui pecuniam commiserat eis retulit. Vicini uero illius de eo talia audientes credere noluerunt sed nichil hoc esse dixerunt. sed qui pecuniam perdiderat unaquaque die ad domum illius qui retinebat iniuste pecuniam ibat. blandisque precibus eum deprecabatur ut pecuniam redderet. Quod deceptor audiens increpauit eum dicens ne amplius tale quid de eo diceret uel ad eum ueniret. quod si faceret penas ex merito subiret. Auditis minis ille quem deceperat tristis cepit redire et in redeundo obuiauit cuidam uetule pannis heremitalibus indute. hec autem baculo suo fragiles artus sustentabat & per uiam lapides laudando deum ne transeuntium pedes lederentur locabat. Que

uidens hominem flentem cognouit eum eum esse extraneum. commota pietate magis ploratum uocauit & quod ei accidisset interrogauit. at ille ordinate narrauit. femina uero auditis uerbis illius hominis inquit. Amice si uera sunt que retulisti, faciam te inde auxilium & ille quomodo hec potes facere. ancilla dei & illa adduc michi hominem de terra tua cuius fidelitatis & dictis fidem habere possis. at ille adduxit. Deinde decepto precepit x cofinos exterius preciosis depictos coloribus atque ferro deargentato ligatos cum bonis seraturis emere & ad domum sui hospitis afferre. lapidibusque comminutis implere atque ipse ita egit. Mulier uero ut uidit omnia illa que preceperat esse parata ait Nunc x homines perquire qui euntes ad domum illius hominis qui te decepit mecum & cum socio tuo deferant cofinos unus post alium uenientes ordine longo et quam cito primus uenit ad domum illius hominis qui te decepit & requiescet ibi ueni & interroga pecuniam et ego tamen confido in deum quod reddita tibi tua pecunia fuerit. at ipse sicuti iusserat uetula fecit Que uero oblita sui incepti quod predixerat iter incepit et uenit cum socio decepti ad domum deceptoris et inquit. Quidam homo de hyspania hospitatus mecum fuit & uult mech adire quatuorque pecuniam suam que antea est in decem cofinis seruandam alicui bono donec reuertatur commendare

Precor itaque ut mei causa in ede tua
custodias. et quia audiui et scio te
bonum hominem et fidelem esse nolo
aliquem alium preter te solum huius
pecunie commendacioni adesse. et dum
ita loquerentur uenit primus deferens
costrum aliis a longe iam apparenti
bus. Interim deceptus preceptorum ue
tule non oblitus post primum costrum
sicut ei preceptum fuerat uenit. Ille
uero qui pecuniam celauerat ple
nus nequicia ac mala arte. ut vi
dit hominem uenientem cui pecu
niam celauerat timens ne si pe
cuniam requireret alius qui addu
cebat suam pecuniam non commit
teret contra eum ita dicendo perrexit.
O amice ubi fuisti? et ubi tantum
diutinasti ueni et accipe pecuniam
mee fidei iam diu commendatam quam
inueni et amodo tedet custodire. At
ille letus atque gaudens recepit
pecuniam suam gracias agens. Ve
tula autem ut uidit hominem pecu
niam habentem surrexit et inquid
Iuimus ego et socius meus contra co
stros nostros et festinare precipiemus
Tu non expecta donec redeamus
et bene serua quod adduximus.
Ille autem letus animo quod acceperat
seruauit. aduentumque eorum quod
ad huc potest expectauit. et ita bono
ingenio uetule reddita fuit uiro
summa pecunie. Discipulus. Istud mi
rum fuit ingenium atque utile.
nec puto quod aliquis philosophus subtilius
cogitaret per quod leuius uir suam
pecuniam recuperaret. Magister. Bene
posset philosophus suo fatere naturali in

genio secreta etiam rimando quod
mulier solo fecit naturali ingenio
Discipulus. hoc bene credo. Sed si aliquid
philosophorum huiusmodi reposuisti in cor
dis armario largire michi discipulo
et ego fideli memorie commendabo
ut quandoque condiscipulis lacte philosophico e
ducatis delicatissimum elargiri
possim alimentum. Magister.

Contigit quod quidam
homo habuit filium cui post
mortem suam nichil preter domum
dimisit. Iste cum magno labore
corpori suo uix etiam que natura
exigit suppeditabat. Et tamen
domum licet magis coactus me
dia uendere nolebat. habebat autem
puer iste quendam uicinum ualde
diuitem qui domum pueri emere
cupiebat ut suam largiorem face
ret. puer autem nec prece nec precio uen
dere uolebat. Quod postquam diues
ille comperit quibus ingeniis et quibus
artibus puero subtrahere domum
cogitauit. at inueniens secundum posse
suum familiaritatem eius deuitauit
denique contristatus diues ille tam do
mus et quod non posset puerum decipere
quadam die uenit ad puerum et inquit
ei. O puer accomoda in pueritia tue
curie partem precio quam in ea sub terra
.x. tonellos cum oleo custodire vo
lo et nichil tibi nocebunt et habebis
inde aliquod sustamentum uite.
Puer autem coactus necessitate con
cessit et dedit illi claues domus
Iuuenis autem interim more solito
libris liberaliter seruiens uictum
perquisiuit. Ad diues homo accepti[s]

clauiꝫ curiam iuuenis sub custodies
quinqꝫ tonellos plenos oleo ibi re
condidit ⁊ v. dimidios ⁊ hoc facto iu
uenem aduocauit clauesqꝫ dom⁹
illi tribuens inquit o iuuenis ole
um meum tibi committo atqꝫ i tua
custodia trado. Juuenis simplex
putans om̄s tonellos eē plenos
in custodia recepit. at post longū
tempus contigit quod in ciuitate illa
oleum carum fuit. Diues hec ui
dens primo inquit. o amice ueni et
iuua me oleum effodē quod tue ia
dudum mandaui custodie et labo
ris premium accipies ⁊ tutele. Ju
uenis audita pce cum precio diuiti
concessit ut secundum suū posse eum
iuuaret. Diues uero nō oblitus su
e fraudis nequissime, adduxit
homīes ut oleum ement. Quibꝫ
ad cuctis etiam apuerunt et v.
plenos tonellos ⁊ v. dimidios i
uenerunt. precepto talibꝫ uocau
pium ita dicendo. amice causa
tue custodie amisi oleum. Jn
sup quod tibi commisi fraudulent
abstulisti. Quapropter uolo ut mea
michi restituas. hijs dictis eū ac
cepit ⁊ uellet nollet ad iusticiā
eum deduxit. Justicia eum uidēs
accusauit. Sꝫ iuuenis quid con
dicet nesciuit sed tn̄ inducias v
nius diei quesiuit quod iusticia
quia iustum erat concessit. Jn ci
uitate aūt illa morabatur qui
dam ph̄s qui cognominabatur
consilium egencium bon⁹ homo
atqꝫ religiosus. Juuenis autē
audito bonitatis illi⁹ prompto
precepit ad eum quantitatē ab eo consi
lium dicens. Sunt q multis
referentibꝫ de te michi dicta sunt mo
te domestico fer in auxilium. Et
enim iniuste accusor. ph̄s audita
pce iuuenis interrogauit si iuste
uel iniuste accusarent illum.
Juuenis uero quod iniuste accu
saretur firmauit sacramento.
Audita rei sinceritate ph̄s pietate
commotus ait auxiliante deo feram
tibi auxilium. Sꝫ sicut a iusticia
responsum usqꝫ in crastina die acce
pisti quin eas ad placita dimitte
noli et ero pactis succurrē tue iu
uentuti atqꝫ eorū noce felicitati. Ju
uenis aūt quod ph̄s eum iussit
egit. Mane aūt facto uenit ph̄s ad
iusticiam Que postquam uidit iu
sticia ut sapientē ⁊ ph̄m uocauit
uocatumqꝫ iuxta se sedē fecit. Jnde
iusticia uocauit accusantē ⁊ ac
cusatum et precepit quod suorum
recordarentur placitorum et ita fe
cerunt Jllis uero coram stantibus
iusticia ait ph̄o quod causas eorum
audiret ⁊ in iudicium faceret. Jn
ph̄s. Precipe nunc iusticia clarū
oleum de v. tonellis plenis men
surari ⁊ scias quantum sit ibi clari
olei et simil̄r de v. dimidijs ⁊ scias
quantum clari olei ibi fuerit. deīn
spississimum oleum de plenis quinqꝫ
tonellis sit mensuratum ⁊ scias
quantum spissi olei fuit ibi et
similiter de v. dimidijs facias
mensurari ⁊ scias quantū spissi
olei inueis sit et si tantum spissi
olei inuenis in dimidijs to

nellis quintum et implens sextas ole
um fuisse furatum. Et si in dimidijs
tonellis inueneris talem partem spissi
tudinis qualem oleum clarum
ibi existens exigit quod quidem
et implens tonellis inuenire po
tis sextas oleum non fuisse mensura
tum. Iusticia hec audiens confir
mauit iudicium. Itaque est ita et
hoc modo iuuenis euasit sensu phi
losophi placitis iuuenis philosopho grates
reddidit. Tunc philosophus ait illi. Nunquam
ne illud philosophi audisti. Non emas do
mum antequam cognoscas vicinum.
Ad hec iuuenis primum huiusmodi dom
um antequam iuxta nos hospitaretur.
Cui philosophus. Primum uendas domum quam
maneas iuxta malum uicinum. Dis
cipulus. Tale iudicium apparet esse philosophi
et habes gratia dei et merito uocatus es
hoc nomine auxilium miserorum.
Iste discipulus? Et si iam audita mente se
deant ad audiendum plura animum in
citant. Magister inquit. libenter est dicta
et sic incepit.

Dictum fuit de quodam diuite
in ciuitate euntem quod saccu
lum mille talentis plenum deferret
sectum et in super aureum serpentem
oculos habentem iacinctinos in sacculo
eodem quod totum simul amisit.
Quidam uero pauper faciens iter il
lum inuenit dedit que uxori et quomodo
inuenisset retulit. Mulier hec au
diens ait. Quod deus dedit custodia
mus. Alia die preco per uiam ita cla
mando preexit. Qui talem inuenit
censum reddat et absque aliquo fore
facto centum talenta inde habeat

Hec audiens inuentor census dixit
uxori. Reddamus censum et absque
peccato aliquo centum talenta inde
habeamus. Ad hec mulier fidelis uoluisset
eum habere non amisisset. Quod deus
donauit custodiamus. Inuentor
tamen quod redderetur laborauit
ac ipsa omnino denegauit et tamen
uellet nollet mulier dominus reddidit et
quod preco promisit expetijt. Diues
autem plenus nequicia ait. Ad huc
alium serpentem inde esse sciatis.
Hec praua intencione dicebat ut
pauperi homini talenta non redderet
promissa. Pauper non se nichil amplius
inuenisse dicebat. At homines ciui
tatis illius diuiti fauentes pau
peri derogantes et inexorabile contra
fortunam pauperis odium gerentes
illum ad iusticiam traxerunt. Pa
uper autem clamando ut super deum est
se nichil amplius inuenisse iura
uit. Sed dum sermo huiusmodi pa
uperum diuitum porta discurreret
ministris referentibus tandem per
tulit aures regis. Quod simul
audiuit pauperem et diuitem et pecu
niam sibi presentari precepit. Adductis
omnibus rex philosophum qui uocabatur
auxilium miserorum cum alijs sa
pientibus ad se uocauit. Eique ac
cusatoris uocem et accusati audi
re et enodare precepit. Philosophus hec au
diens commotus pietate pauperem
ad se uocauit et ait. Dic michi frater
si huius hominis pecuniam habeas
quam si non habueris auxiliante deo te
liberare conabor. Ad hec pauper
Scit deus quod reddidi quantum

inueni. Inquit philosophus ad regem. Si rectum
inde iudicium audire placuerit di
cam. Rex hec audiens ut iudicaret
rogauit. Tunc philosophus regi. Iste homo
diues bonus est multum et credibilis
et ueritatis magnum habet testimonium
et non est credibile eum aliquid in
rogare quod non amisisset. et ex a
lia parte credibile quod michi uidetur quod
iste pauper homo nichil amplius
inuenit quam reddidit quia malus
homo si esset non quod reddidit red
deret immo totum celaret. Inquit rex
Quid autem inde iudicas philosophe. philosophus
O rex sume censum et da ex eo pa
uperi centum talenta et quod re
manserit serua donec ueniat qui
censum interroget quia non est huius
cuius iste census sit. et iste diues
homo eat ad preconem et faciat in
terrogare sacellum cum duobus
serpentibus regi autem placuit hoc
iudicium atque omnibus ibi circumstan
tibus. diues uero qui sacellum per
diderat hec audiens inquit. Bone
rex tibi dico in ueritate istum censum
fuisse meum. sed uolebam pauperi
homini quod pro precio promiserat auferre
dixi ad hunc alium michi serpentem
deesse. Sed michi rex miserere mei et quod
pro precio promisit reddam pauperi. Rex
inde suum reddidit censum diuiti.
diues autem pauperi et sic philosophus sensu at
que ingenio pauperem liberauit. dis
cipulus. apparet hoc esse ingenium philosophie
et hoc exemplo non est minus quod de
duabus mulieribus salomon iudicauit.

Ne aggrediaris

Nuiam cum aliquo nisi eum prius cog

nouis. si igitur tibi ignotus semitam
associauit itinere tuum inuestigauit
dic te uelle longius ire quam dispo
sueris. et si detulerit lanceam uade
ad dexteram. si ensem ad sinistram.
Arabs castigauit filium suum dicens
sequere calles quamuis sint semitis
longiores. Item accipe uirginem in
uxorem quamuis sit uetula. et item
fer merces tuas ad magnas ciui
tates quamuis uilius ibi uendere pu
tes. ad hec filius. Vim est quod dixisti de
magnis uiis. Nam quadam die cum
ego et socii mei perrexissemus ad urbem
sole ad occasum appropinquante
et adhuc longe essemus a ciuitate
uidimus semitam que satis uisa
ad ciuitatem ituris promittebat com
pendium inuenimus quoque senem a quo
requisiuimus consilium certitudinis illius
semite. At senex ait. Prius semita
ducit ad ciuitatem quam magna
uia et tamen citius per magnam uiam
ad ciuitatem uenietis quam per se
mitam. hec audientes illum pro
stulto habuimus et magnam uiam pre
termittentes semite declinauimus.
Quam insistentem ad dexteram et sinis
tram querentes fuit nox de erraui
mus nec ad ciuitatem peruenimus.
At si per callem progressi fuissemus procul
dubio menia ciuitatis subintrasse
mus. Pater ad hec. hoc nobis alia
uice euenit cum pergeremus per
magnam uiam ad ciuitatem peregre
nobis fluuius quem quousque
transiremus eam ancquam intraremus.
Sicque nobis iter agentibus in duas
partes secta est uia. quarum una ad

civitatem per vadum alia per pontem
ducebat. Deinde quendam invenimus senem
quem de duabus viis interrogavimus
que prius duceret ad
civitatem. Et senex ait: Quod brevior
erat via per vadum ad civitatem
duobus miliaribus quam via per pontem,
sed tamen citius inquid poteritis
per pontem venire ad civitatem.
Et quidam ex illis senem
illum sicut nos antea irridentes deriserunt
et per vadum aggressi iter fuerunt.
Sed eorum alii socios submersos dimiserunt,
alii equos et sarcinas perdiderunt.
Quidam vero pannos
madefactos, alii omnino amissos defleverunt.
Sed nos et senex noster qui
per pontem transivimus sine impedimento
et absque omni incommodo processimus
et eos super ripam fluminis
ad hanc iacturam deflentes reperimus.
Quibus flentibus et yma fluminis
cum rastris et sagena perscrutantibus
senex ait: Si nobiscum
per pontem preterissetis hoc impedimentum
non haberetis. At illi dixerunt:
Hoc fecimus quia tardare
nolebamus. Ad hec senex: Nunc
magis tardati estis. Et illis relictis
leti subintravimus portas
urbis. Tale est proverbium quod audivi:
magis valet longa via ad
paradysum quam brevis ad infernum.

Arabs castigavit
filium suum: Fili, si fueris in via cum
aliquo socio dilige eum sicut te
ipsum et non mediteris aliquem deceptionem
ne et tu decipiaris veluti duobus
contigit burgensibus et rustico.
Filius: Pater refer michi ut aliquid utilitatis
inde capiant posteri. Pater:

Dictum fuit
de duobus burgensibus et rustico
causa orationis Mech adeuntibus
quod essent socii victus donec venirent
prope Mech et tunc defecit illis
cibus ita quod non remansit eis
quicquam nisi farine quantum solum panem
et parvum facerent. Burgenses
vero hoc videntes dixerunt ad invicem:
Parvum panem habemus et noster multum
comedit socius. Quapropter
oportet nos habere consilium quomodo
ei partem panis auferre possimus
et quod nobiscum debet soli comedamus.
Deinde acceperunt consilium
huiusmodi quod facerent panem et
coquerent et dum coqueretur dormirent
et quisquis eorum mirabilior
somniando videret solus panem
comederet. Hoc artificiose dicebant
quia eum rusticum ab huiusmodi
facetiis privatum esse putabant.
Et fecerunt panem miseruntque
in ignem, deinde iacuerunt ut dormirent.
At rusticus percepta eorum
astutia dormientibus sociis de igne
traxit panem semicoctum et comedit
et item iacuit. Sed unus de
burgensibus sicut sompno perterritus
esset evigilavit sociumque vocavit.
Cui alter de burgensibus ait: Quid
habes? At ille inquit: Mirabile
sompnium vidi, nam michi visum
erat quod duo angeli aperiebant
portas celi et me sumentes ante
deum ducebant. Cui socius: Mirabile
est hoc sompnium quod vidisti

At ego sompniaui quod ego duob3
angelis ducentib3 & etiam scindentib3
ducerer in infernum. Rusticus uero tot
hec audiebat et tamen se dormire fin
gebat. Set burgenses decepti & deci
pe uolentes ut uigilaret rusticum
uocauit. Rusticus uero callide et
sicut territus esset respondit. Qui sunt qui
me uocant. At illi. socij tui sumus
At rusticus. Redijstis iam. At ipsi
contra. Quo perreximus unde redire
debeamus. Ad hec rusticus. Nam
uisum erat michi quod duo angeli vnum
ex nobis accipiebant & aperiebant
portas celi ducebantque ante deum
Deinde alium accipiebant duo
angeli alij et aperta terra ducebant
in infernum. et hijs uisis putaui
neminem rediturum et surrexi et pa
nem comedi. Tunc pater. Fili sic eue
nit illis qui socium decipere nolue
runt qui suo ingenio decepti fue
runt. Tunc filius ita euenit eis
sicut in prouerbio dictum est. Qui totum
uoluit totum perdidit.

Hec autem est natura canis cum fa
uerint illi quorum vnus alij cibum
auferre cupiuit. Set si naturam ca
meli sequerentur nuciorem naturam
imitarentur. Nam talis est natura
cameli quod cum insimul datur prebenda
multis quod nullus eorum come
dit donec omnes insimul comedant
et si unus ita infirmatur quod neque
at comedere donec remoueatur alij
ieiunabunt. & isti burgenses post
quam uolebant animalis naturam
sequi assumere mitissimi animalis naturam
sequi debuissent venditare & multo

cibum amiserunt. Quem & hoc euenisse
noluissem quod magistro meo narran
te iam dudum audiui euenisse in
cisori regis pro discipulo suo nedio
videlicet quod fustibus cederetur. pater
ad hec. Dic michi fili quid audisti quo
modo contigit discipulo. quoniam talis nar
ratio animi erit recreatio. Filius.

Narrauit michi magister.

Nimis quendam regem habuisse vnum
incisorem qui diuersos diuersis tem
poribus aptos incidebat ei pannos.
At ille discipulos sutores habebat quorum
quisque artificiose suebat. quod magister
incisor regis artificiose scindebat
Inter quos unus discipulus nomine Nedin
erat qui socios suos arte sutoria
superabat. Set die festo ueniente rex
ad se incisorem pannorum uocauit
et preciosas uestes sibi & suis familia
ribus parari precepit. Quod ut citius
et sine impedimento fieret vnum de
camerarijs suis eunuchum. cuius
illud erat officium sutoris custodem
addidit et ut eorum curiosos ungues
obseruaret et eis ad sufficientiam
necessaria ministraret rogauit. Sed
in una dierum minister calidum pa
nem & mel cum alijs ferculis in
cisori et suis consocijs comedendum
et qui aderant comedere ceperunt. Qui
bus epulantibus ait eunuchus. Ma
gister quare Nedin absente come
ditis nec illum expectatis. Ma
gister inquit. Quia mel non come
deret & si adesset. At ille tacuit & quo
modo magistro suo recompensaret cogita
uit. et hoc facto Nedin magistro absen
te secreto dixit eunucho. domine

magister meus quamvis sit nimium paciens sensum perdit et indiscrete crines stantes uberat aut incrinit. Cui eunuchus. Si scirem horam quando ei hoc contingit nequit inconsulte ageret ligarem eum et loris corrigerem. At nedum ait. Cum videris eum huc et illuc aspicientem crinesque manibus uberantem atque sua sede surgentem et scampnum super quod sedit in manu capientem tunc eum scias esse insanum et nisi sit cautus providens caput fuste dolabit. Ad hec eunuchus. Tu benedictus sis quoniam amodo me et meos providebo. Talibus dictis nedum sequenti die magistri sui secreto forfices abscondit. At incisor querens forfices et non inveniens cepit crines manibus percutere et huc atque illuc aspicere suaque sede surgere et scampnum super quod sedebat manibus movere. Hoc videns eunuchus statim vocavit suos clientes precepitque incisorem ligari et ne aliquos uberaret graviter uberare. Sed incisor clamabat ita dicendo. Quid forisfeci ut quid me talibus afficitis uberibus. At illi acrius uberando tacebant. Cum autem lassi fuerunt uberando et ipse vapulando exsensum vite solverunt. Qui respirans post longo temporis intervallo quesivit ab eunucho quid forisfecisset. Eunuchus ad hec. Dixit michi nedum discipulus tuus quod quamquam in sanies necnon vinculis et verberibus correptus cessares et ideo te ligavi et uberavi. Hoc audito incisor nedum discipulum suum vocavit et ait. Amice quando me novisti esse insanum. Ad hec discipulus. Quando me mel non comedere scivisti. Eunuchus et alii hec audientes riserunt et eum merito penas suscepisse iudicaverunt. Ad hec pater. Merito hoc illi accidit. Quia si custodiret quod moyses precepit ut diligeret fratrem suum sicut seipsum hoc non evenisset.

Castigavit

Casapiens filium suum vide ne imponas aliquod crimen socio tuo serio sive ludo ne ita tibi contingat sicut duobus ioculatoribus contigit cum regem. Ad hec filius. Narra mi prob secto pater flat. Venit quidam ioculator cum regem quem vocavit rex cum alio ioculatore fecit sedere atque comedere. Sed qui prius ad erat ioculator cepit invidere super venienti quem rex sed ideo preferebat et os auliti quod nedum dilataret proditorem illi facere ut sic saltem aufugeret cogitavit. Itaque nescientibus aliis ossa latentes primus ioculator coadunavit et cum socium posuit finito prandio in obprobrium socii collectam seriem ossium regi ostendit et mordaciter inquit. Domine socius meus omnium istorum ossium vestituram comedit. Rex vero eum torvis oculis respexit. Actu satis autem regi ait. Domine fecit quod natura mea id est humana requirebat quod carnes comedi et ossa dimisi. Et socius meus fecit quod natura sua videlicet canina requirebat quia comedit carnes et ossa. Dixit philosophus.

Honorem te et dat s

de tuo sicut vis quod maior te honoret

Largus et prodigus

etiam de suo tibi tribuat
Alius. turpe quid est multum diuitem
hominem esse auarum. mediocrem hominem
pulchrum esse largum. Discipulus ait. dis
finitionem largi auari prodigi sub scri
be mi pater. Qui dat quibus dandum
est et retinet quibus retinendum est.
largus est et qui prohibet quibus est
dandum. et quibus non est dandum
dat prodigus.
Alius plus ait. noli associari rei de
ficienti et ne postponas te associ
ari rei crescenti. Alius
magis ualet pura beatitudo quam plena
domus auro et argento.
Alius. utilia perquire magno sen
su non magna uelocitate.
Alius ne respicias ditiorem te ne
in deum pecces sed respice paupe
riorem te et inde grates deo redde.
Alius. ne deneges deum pro paupe
rtate et pro diuitiis noli superbire
Alius. Qui multa cupit
semper malorum fame tabescit
Alius. si uis in hoc seculo tantum la
borare quantum sufficit potest natura
non multa decebit te congregare.
et si cupido satisfacere uolueris animo
licet congregatis quecumque in toto
mundi ambitu continentur diui
tiis sitis tamen ardebit habendi.
Alius. qui pecunia sua dispendit diu
titias eius possessa.
Alius. radix peccatis est aliena non
eripere et fructus eius est requiem
habere. alius. Qui uult relinquere
te sciem iudicat ne aliquid reti
neat quod sit illi pretium. quam tamen
ualet ac si paleis ignem exting[uere].

neret. Alius Qui
pecuniam congregat multum labo
rat et uigiliis tabescit ne perdat. ad
ultimum dolet quando perdit quod obti
nuerat. Discipulus nigro. laudas con
gregare pecuniam. Magister. Ita ac
quirere iuste et in bono expendere non
in thesauro recondere.
Alius. ne desideres res altius et
ne doleas de amissis rebus quo
niam dolere nichil erit recuperabi
le. unde dicitur quidam habuit uirgultum
in quo riuulus fluentibus herba ui
dis erat et pro habilitate loci con
ueniebant ibi uolucres modula
mine uocum cantus diuersos exercen
tes. Quadam die dum in suo fati
gatus quiesceret pomerio quedam
auicula super arborem cantando de
lectabiliter sedit. Quam ut uidit et
eius cantum audiuit deceptam
laqueo supposuit. ad quem auis. Cur
tantum laborasti me capere uel quod pro
ficuum in mei captione sperauisti
habere. ad hec homo. Solos cantus tuos
audire cupio. Cui auis. pro nichilo
quia retenta nec prece nec pretio can
tabo. at ille. nisi cantaueris te co
medam et auis. quomodo comedes.
Si comedis coctam aqua quid ua
lebit auis tam parua. Etiam caro
erit hyspida. et si assata ero multo
minor fuero. Sed si me abire dimi
seris magnam utilitatem ex me
consequeris. at ille contra. Quale
proficuum. auis ondam est tres sapi
entie maniras quas maiores facies
es quam trium uitulorum carnes. at il
le securus promissi auem dimisit.

abire. Cui avis ait. Est unum de pro
missis ne credas omnibus dictis. Secundum
quod tuum est semper habebis. Tertium ne dole
as de amissis. Hoc dicto avicula ar
borem conscendit. et dulci canore di
cere cepit. Benedictus deus qui tuorum
aciem oculorum clausit. et sapientiam tibi
abstulit. quoniam si intestina o[illegible]
rum plicas meorum perquisisses. unius
ponderis uncie iacinctum invenisses.
Hec audiens ille cepit flere et dolere
atque palmis pectus contundere quoniam
fidem prebuerat dictis avicule. et avis
ait illi. Cito oblitus es sensus quem tibi
dixi. Nonne tibi dixi non credas quic
quid tibi diceretur. et quomodo credis quod
in me sit iacinctus qui sit uncie
ponderis cum ego tota non sim tanti
ponderis. et nonne dixi tibi quod tuum
est semper habebis. et quomodo potes la
pidem habere de me volante. Et non
dixi ne tibi non doleas de rebus amissis
Et quare pro iacincto qui in me
est doles. Talibus dictis deriso rusti
co avis in nemoris avia devolavit.

Ne dole de amissis

Phylosophus castigavit
discipulum suum dicens. Quicquid
inveneris legas sed non credas quic
quid legeris. Ad hec discipulus. Credo
hoc esse non est verum quicquid est in libris
Nam simile huic legi iam in libris
et pluribus philosophorum. Multe sunt arbo
res sed non omnes faciunt fructum.
multi fructus sed non omnes comes
tibiles

Castigavit arabs filium dicens.
Fili ne dimittas pro futuris presentia
nam forsitan perdes utrumque. sicut
lupo evenit de bobus promissis
a rustico. Dictum namque fuit de uno
aratore quod boves illius recto tra
mite nollent incedere. Quibus dixit
lupi vos comedant. Quod lupus
audiens acquievit. Cum autem
dies declinaret et iam rusticus ab
aratro solvisset. venit ad eum lu
pus ita dicens. Da mihi boves quos
promisisti. Ad hec arator. Si ver
bum dixi non tamen sacramento iura
vi. Et lupus contra. Habere debeo quos
concessisti. Firmaverunt tandem quod
tamen venit ad iudicem. Quod dum
facerent vulpi obviaverunt. Quibus
euntibus ait callida vulpis. Quo
tenditis. Illi quod factum fuit nar
raverunt vulpi. quibus dixit. Pro nichilo
alium iudicem queritis. quoniam recte
inde vobis faciam iudicium. Sed
prius me permittite loqui consilio
uni ex vobis. et deinde alii et si po
tero vos concordare sine sua iudicio
celabitur. Sin autem in commune dicetur.
At ipsi concesserunt. Et vulpis primum
locuta seorsum cum aratore ait. Da
michi unam gallinam et mee uxori
alteram et habebis boves. Arator conces
sit. Et hoc facto locuta est cum lupo
dicens. Audi amice et meritis tuis
precedentibus pro te debet mea si qua
est facundia laborare. Tamen locuta
sum cum rustico quod si boves illius
dimiseris omnino quietos dabit
tibi caseum ad magnitudinem
clipei factum. Hoc lupus concessit.
Cui vulpis inde inquid. Concede
aratori boves suos abducere et ego
ducam te ad locum ubi parantur
illius casei ut quem volueris de multis

eligere possis. Sic lupus astutie vulpis
deceptus vobis quietum dimisit abi
re rusticum. vulpis non vagando hac
et illuc quantum potuit lupum detinuit
quem veniente obscura nocte ad altum
deduxit puteum. Cui super puteum
stanti formam lune semiplene in ima
putei radiantis ostendit et inquit hic
est caseus quem tibi promisi descende
si placet et comede. Ad hec lupus
descende primitus. si sola deferre non
potes ut te iuvem faciam que ortaris.
et hoc dicto viderunt cordam penden
tem in puteum in cuius capite erat
urceola ligata et in alio capite cor
de altera urceola. Et pendebat tali
ingenio quod una surgente alia
descendebat. Quod vulpis simul
ut vidit et quasi lupi obsequens pre
ceptibus urceolam intravit et ad fun
dum venit. lupus autem inde gavi
sus ait. cur non affers mihi caseum.
vulpis ait. pre magnitudine nequeo
sed intra aliam urceolam et veni
sicut spopondisti. lupo intrante.
urceola pre magnitudine ponderis duc
ta cito fundum petiit alia surgen
te cum vulpe que levius erat quo
vulpecula ore putei tacto foras ex
ilijt et in puteo lupum dimisit et
ita pro futuro quod presens erat lupus
dimisit boves et caseum perdidit

Castigavit arabs
filium suum dicens accipe con
silium ab eodem a quo requiris ex
perto quod sic levius habere potes quam
si tu ipse periculose probaveris.

Alius castigavit filium suum di
cens. ne credas omni quod audis con
silio donec prius an sit utile probatum
in aliquo fuit ne contingat tibi
sicut latroni contigit qui consilio
cuiusdam domini domus credidit. At
filius. quomodo ei evenit. Pater.

Dictum fuit
quod quidam latro perexit ad
domum cuiusdam divitis intentione
furandi et ascendens tectum per
venit ad fenestram per quam fu
mus exibat. et si aliquis ibi vi
gilaret auscultavit. quod dominus do
mus comperit et suaviter uxori sue
dixit. Interroga me alta voce unde
venit mihi tam magnus iste census
quem habeo quod ut tandem scias multum
laboras. Tunc uxor alta voce ait
Domine tam magnum habuisti censu
cum nunquam mercator fuis. At ille
Quod deus donavit serva et fac meam
voluntatem et non inquiras
unde tanta pecunia venit. At ipsa
sicut iniunctum magis ac mag
flagitat ut tandem secretum investiga
bat. Demum quasi precibus uxoris sue
coactus inquit dicens. Vide ne se
creta nostra cuiquam detegas. latro fui.
At ipsa. mirum michi videtur quo
modo latrocinio tam magnum
censum acquirere potuisti quod nunquam
audivimus inde clamorem
aut calumpniam aliquam. At
ipse ait. Quidam magister meus carmen
me docuit quod dicebam quando
ascendebam super tectum et veni
ens ad fenestram accipiebam
radium lune manu et carmen me
um septies dicebam. scilicet saulem.
et sic descendebam et quicquid pre

tiosum in domo inueniebam contra
dens deferebam et hoc facto iterum ueni
ad lune radium et eodem carmine
septies dicto cum omnibus de domo su
mptis ascendebam et ad domum quod
acceperam deferebam. Tali quidem
ingenio hunc quem possideo heo
tensum. at uxor ait. bene fecisti quod
michi talia dixisti. Nam si quando ha
bebo filium ne pauper degat hoc
carmen docebo. at dominus inquit
permitte me aliquantulum dormire quia sompno
grauatus aliquantulum dormire cupio et
ut magis deciperet quasi dormiens
stertere cepit. Fur denique talibus uer
bis perceptis nimis gauisus est et ideo
septies carmine luneque radio ma
nu sumpto manibus laxatis et
pedibus per fenestram in domum ce
cidit. Sonum faciens magnum
et crure fracto ac brachio congemu
it. At dominus domus quasi nesciens
inquit. Tu quis es qui sic cecidisti
ad hec latro. Ego sum fur ille infe
lix qui tuis fallaciis credidi uerbis.
ad hec filius patri. Tu benedictus qui
dolosa me uitare docuisti consilia.
Caue consilium azimum donec sit fer
mentatum. Alius. ne
credas consilium monentis quod de
neges alteri beneficium denegat coram
oculis omnia cernentis se accusat
Alius si fueris in aliquo
bono nec potes serua quia pessime
maximum comminuitur uel amittitur
bonum. Interrogauit discipulus magistrum
suum. prohibuit philosophus beneficium negare
sed non diuisit beneficium creatoris
et creature. ad hec magister. dico tibi

quod qui denegat beneficium factum dene
gat deum et ille qui non obedit regi
nec rectori est inobediens deo. disci
pulus. Unde in quomodo quoniam possit
hoc esse. magister. ullomodo beneficium procedit
de creatura ad creaturam nisi a deo proce
dat. illi qui denegant beneficium suos
denegant benefactores et ita denegant
deum. Item rex qui rector est uicarius
uirga dei est in terra et ille qui obe
dit uirge obedit rectori. et ille qui
non obedit uirge non obedit deo.
Alius philosophus dixit. Custodi te
a rege illo qui ferus est ut leo et cu
leuius est ita ut puero.
Alius. qui malum dicit de rege
ante tempus morietur suum.
Alius. Diutius patitur deus reg
num regis durare in sua persona
peccantis si bonus sit gentibus et
mitis quam facet regi in sua persona
iusto si malus esset gentibus et crude
lis. Aristotilis in epistola sua casti
gauit alexandrum regem ita dicens
Ochesius est cum paucis pace tuos
rege quam magna militiam te
nere. Item tene magnam iusticiam
inter homines et diligent te non presumes
ulli tuum boni uel mali reddere quia
diutius expectabit te amicus et
diutius timebit te inimicus
Plato retulit in libro de publiis quod
quidam rex erat in grecia senex
et gentibus crudelis. huic militis
partibus maximum creuit bellum
Cuius ut sciret euentum totius sue
regionis et ulterius mandauit
philosophis. Quibus congregatis ait. uide
te quam magnum in nobis ingrat

bellum quod ꝑpt meum nob credo
euenire pctm. Sz si aliquid ē in
me quod sit rephensibile dicite.
vroqz iudicio me corrige festinabo
Phi dixerunt in talibz in corpe tuo nul
lum scimus nec quid nobis z nob
uenien sit cognoscimus. Sz hic ꝑpe
trium dieꝝ uiam moratur quidā
sapiens homo noīe marian⁹ ꝑ spm
sanctum loquitur. ad eum igr de
phis uris aliqs mittite ꝑ quos nob
quid in tota uita urā sit uenien de
clarabit. hys itaqz ꝑactis vij. phos
ad eum misit qui postqm̄ qui ꝑus
hitauat urbem intrauerunt maxi
mam illius pte desertam inuene
runt quibz hospitiū mariani q
rentibz dictū fuit quod ips z mul
ti de ciuibz petissent hemum
istis auditis ꝑrexerunt ad eum
phi. quos ut sapiens uidit ait.
Venite legati regis inobedientis
deus enim ei in custodia diuisas
nationes subdidit quarū nō rec
tus gubernator sed iniustus exti
tit deus tamen qui illum z illius
subditos de eadem z nō de diuersa
matia creauit eius multimodā
diu passus nequitiā multis cor
rectionibz ut conuerteret admonuit
Sz tantū omino ad malum eius ꝑ
tinaci aīo in illi⁹ nece gentes imi
sericordes z barbaras suscitauit.
z h⁹ dco sapiens hō tacuit. qd audi
entes phi mirabantur z qui ad
erant vniusi. die uo tertia phis li
citum repatriandi querentibz reue
rendus ꝑhico spiū dixit. Reuertimi
quia mortuus ē dns ur et deus

iam nouū regem apposuit ibi qui sit
rector. gubnator z mitis gentibus
subditis. auditis talibz subditis vij.
qui uenerant phi. tres ꝑ eoꝝ cum ꝑdicto
sapiente in hemo remanserunt. iiij.
uero repatrauerunt quoniam sic̄ eis
ꝑdicta sunt inuenerunt uia z costitu
ta. Arabs dixit filio suo. ne moreris
in ciuitate regis cuius dispensa
mē fuit quā reditus.
Dictum nāqz est quod uir quidā
suoꝝ procerū comuni assensu
cuidam suo familiari quē antea
cognouat in sciaribz et ꝑdente toci
regni comisit habeas qui totius ꝑ
uincie reditus susciperet placita trac
taret domū z domi⁹ ministros z dispen
sas ordinaret. Cui frat alti regni
diues mercator remota in colebat
ciuitate. Qui ꝑcepto rumore de fris
sublimacōe ꝑ acto comitatu ꝑuit
deruit ut frem uiseret iter incepit ꝑ
misso tandem nūcio ne subito aut
impulsus ueniret. Qui de ad uētu
suo frī referret ciuitati que sup
adderat appropinquabat. Ille audi
to fris aduentu cucurrit et hylari
uultu eum suscepit. Transactis. v.
diebus aliqd ꝑuiso loco z tpe inter
ceta qm̄ regi placē sciebat z suū
frem ei aduenisse retulit. Cui rex.
Si frat tuus tecū in regno meo re
manē acquieuit omnia tecum illi
z meaꝝ rerū custodiā comunia cō
concedo. Quod si renuerit laborem i hac
ciuitate largas possessiones ei do
nabo z omīs cōsuetudies que m̄ de
bent face eidem condonabo. Si uo
demū amore tactus nalis soli re

patria voluerit plura vestimentorum
mutatoria largire cum habundan-
cia. Regis auditis sermonibus frat-
rem convenit et quanta dominus ei pro-
miserit ordine relaxavit. Cui fra-
ter. Sinis ut tecum morer. Unde in quan-
ti sunt reditus tui regis. Ille autem
ondit omnes. Deinde interrogavit quan-
tas dispensas rex faceret quod ipse
indicavit. Tunc ipse computavit
quod tantus erat reditus quanta
erat expensa. Tunc dixit frater
amice video quia tanta est dispen-
sa regis quantus est reditus. sed
si consurrexerit bellum regi vero vel
aliquod tale unde perturabit milites
suos. ipse vel unde conveniet eos nu-
mos. et frater. aliquo consilio atque
remus. Cui frater. Timeo ne censu-
meus sit pro huius consilii et ideo va-
le quia nolo hic amplius morari.

Dixit philosophus. Rex est
similis igni cui nimis si ad-
motus fueris cremaberis. Si rex
toto remotus frigebis. Arabicus
interrogavit patrem. Si credidero
verbis philosophi nunquam ero famili-
aris regi. Cui pater. Fili. Regi placere
magna prudentia est. Filius. pater
erudi me quomodo si oportuerit me
regi servire ut prudens et bene doctus
valeam placere. Pater ad huius mi-
ni instructionem multa essent necessaria
que in ad memoriam non revocam
et fortasse si perscriberentur nobis pu-
sillo in tedium verterentur. Sed de mul-
tis pauca et que si observaveris
erunt utilia referimus ad que fili
et si arrectis auribus multa cupio

promissa tamen audiendi avide vehe-
menter efflagito. Pater. Qui regi vult
esse familiaris unde debet omnium
sui mentis quod cum venit ad regem
diu stare possit nec umquam sedeat
donec rex precipiat nec loquatur
nisi cum opus fuerit nec moretur cum
rege donec ipse precepit morari et
fideliter consilium taceat et semper
sit intentus audire quod rex di-
ceret ne oporteat regem bis pre-
ceptum repetere. quodcumque precepit
rex faciet. Caveat ne mentiatur
regi et videat quod regem diligat
et sit ei obediens nec umquam asso-
ciet se homini quem rex odio ha-
beat et cum hec omnia et alia multa
fecit. forsitan non habebit de rege pro-
fectum. Filius. nichil peius contin-
git homini quam regi diu servire
nichilque boni acquirere. Pater. Hoc
multis iam evenit et ideo precepit
nequispiam nimis moretur in
servicio regis.

Et alius philosophus dixit. Qui servit
regi ut ita dicam sine fortu-
to hoc scelum perdit. Filius. Quare ob-
litus es dicere pater quomodo debet homo
comedere coram rege. Pater. non oblitus
fui dicere quia nulla est differentia inter
comedere coram rege et alibi. Filius.
Dic quomodo vir debeam comedere. Cum
ablueris manus ut comedas ni-
chil tangas nisi prandium. Non co-
medas nec comedas panem prius
quam veniat aliquod ferculum in
mensa ne dicaris impaciens nec
tantum ponas bellum in ore tuo ut de-
fluant micae hinc et inde ne dicaris

gluto· nec glutias bolum donec fuit
tibi commasticatus ne strangularis·
nec potula sumas donec sit os uacu
um ne dicaris uinosus· nec loquaris
dum aliquid in ore retinueris ne
aliquid intret te gutture in intimam
arteriam et sic sit tibi causa mortis· Et
si uideris bolum in parapside qui pla
ceat tibi coram sodali tuo non su
mas· ne dicatur praua rusticitas·
post prandium manus ablue quia
phisicum est et curiale· Ob hoc enim
multorum oculi deteriorantur quoniam post
prandium manibus non ablutis terguntur.
Filius· Si quis me ad prandium
inuitauit· quomodo respondebo· con
cedo statim uel non· Pater· Fac sic
auctoritas uideorum precipit· dicentium
Si quis inuitauerit te uideas personam
inuitantis· Si enim magna persona
erit· statim concede· si uero non secundum
quod erit uel secunda uel tertia uice· hoc
etiam refertur de abraham· quadam
enim die cum coram sua staret ia
nua uidit tres angelos sub una specie
transeuntes quos ipse domum suam in
trare· pedes lauare· ciborum refectionem
sumere lapsos artus sompno recre
are rogauit· ipsi uero quia magna persona
erat concesserunt eius petitioni·
Cum autem ad loth uenissent et iterum
et iterum rogarentur quod tectum eius
subintrarent quia persona non erat au
tentica ueluti coacti annuerunt·
Iuuenis senem interrogauit· Cum
fuero inuitatus ad prandium quid
faciam parum uel nimis comedam.
Cui senex· nimis· quia si amicus
tuus fuerit qui te inuitauit mul

tum gaudebit· Si autem inimicus do
lebit· hoc audito puer risit· Cui senex
Quid rides puer· Recordatus ubi
quod audiui de maymundo nigro
Quidam enim senex quesiuit ab
eo quantum posset comedere· Cui ipse de
cuius prandio: de meo uel de alieno· at
ille de tuo· Maymundus· quanto minus
possum· Senex de alieno quantum·
May· quanto magis possum· Senex·
Tu in recordaris cuiusdam gulosi·
pigri· stulti· garruli et nugigeruli
et quicquid tale de illo dicitur uel eo am
plius in eo inuenitur· Iuuenis mul
tum placet michi audire de eo quia
quicquid de eo est derisorium est· Si quid
de dictis eius aut factis mente retines
de eo quero et hec pronuntie· Senex dominus
suus precepit ei quadam nocte ut
ianuam clauderet· ipse uero desidia pressus
surgere non potuit et ideo dixit· quod ia
nua clausa esset· Mane autem facto dixit
seruo dominus· May· aperi ianuam· Cui
seruus· domine sciebam quod hodie uole
bas esse apertam ideo nolui sero eam
claudere· Tunc primo comperit dominus eius
quod propter pigritiem dimiserat· et
dixit ei· Surge fac opus tuum quia
dies est et sol iam altus est· Cui seruus·
domine si sol altus iam est da michi come
dere· Cui dominus· serue pessime uis
nocte comedere· Seruus· si nox est per
mitte me dormire· alia uice dixit
dominus seruo nocte· May· surge
uide utrum pluat nec ne· ipse uo
cauit canem qui iacebat extra ia
nuam· et cum uenisset canis pal
pauit pedes eius· qui inueniens
siccos inquit domino· non pluit domine.

alia uice dns interrogauit suum noctu
an ignis eet. ipse uocato muriliego
temptauit an calidus eet an no.
et cum inuenisset eum frigidum
ait. no dne. Juuenis pigriciam ei
audiuit. garrulitatem audite cu
pio. Senex. dictum fuit quod dns
suus ueniebat a foro letus p lucro
qr multu lucratus fuerat z seru⁹
seruus mayo⁹ cont dnm suum. que
cum uideret dns timuit ne rumo
res aliquos ut suus mos erat diceret
et dixit. vide ne michi dicas malos
rumores. seruus. no dicam t ma
los rumores dne. Sz canis nra par
uula dispellata mortua e. Cui dns
Quomo mortua e. seruus. Mulus
nr exterritus fuit z rupit chamu
suum z dum fugeret canem suffo
cauit sub pedibz suis. dns. Qd
actum fuit de mulo. seruus. in
puteum cecidit z mortuus est.
dns. Quo fuit exterritus mulus.
seruus. Filius nr de solio cecidit
ita quod mortuus est. z ita mul⁹
fuit exterritus. Dns. Quid egit
genitrix eius. seruus. p nimio
dolore nati mortua e. Dns. Qs
custodit domu. seruus nullus.
Qm in cinere uertitur z quicqd i
ea erat. Dns. Quomo conbusta
fuit. seruus. eadem nocte qua
dna obiit. pedissequa que uigi
labat p dna oblita fuit candela
in thalamo z ita cobusta e dom⁹
tua. dns. pedissequa ubi est. Ser
uus. ipa uolebat extinguere ig
nem z cecidit sup eius caput et
mortua e. Dns. Tu quo euasisti

cum tam piger sis. suus cum uidem
pedissequam defunctam effugi. Tunc
dns ualde contristatus ad uicinos
suos uenit orans eos ut reciperet
in cuiu⁹ domo et hospitaretur.
Intea obuiauit cuidam suo amico
qui cum uideret eum tristem interro
gauit quare ita tristaretur. ipse
uo retulit ei singula que dixerat
ei seruus. Amicus aut desolato
retulit uersus amico ut consola
retur eum dicens. amice noli de
solari quia multociens contingit
homini tam graues aduersitates
inundacones quod desiderat eas
honesta morte finire. z statim e
ueniunt ei tanta comoda qd pro
tinus dulce sit preteritarum reminisci
ad uersitatum. Sz hec humanarum
rerum tam inmensa fluctuacio
uariante uitorum ordine summi
rectoris distinguitur arbitrio. hec
z ppheta iob corroborant exemplo
cuius enim no pessima dedit amis
sio rerum. Numquid tu audisti quod
dixit phus. Quis pt in hoc seclo cum
sit mutabile aliquid stabile uel
quis potest in hac uita aliquid
durabile cum sint omia transito
ria habere.

Arabicus dixit filio suo. Fili cu
forte contigit tibi aliquid ad
uersi noli desolari nec nimis inde
lantium in inferno. Tercius exultantium in celo.
Primus annus habet dies et noctes. Secundus habet noc-
tes et non dies. Tercius habet dies et non noctes. Di-
co quod primus annus habet dies et noctes id est bonos et
malos qui simul in mundo sunt. Tot autem dies et noc-
tes in hoc anno sunt quot sunt boni et mali in mundo.
Secundus annus habet solas noctes id est solos peccatores
noctibus tenebrosiores. Tot autem sunt noctes in hoc
anno quot sunt peccatores in inferno. Tercius annus habet
solos dies id est solos bonos diebus clariores. Tot
autem sunt dies in hoc mundo quot sunt in celo.
Item nota quod quedam signa zodiaci sunt amica
et blanda quedam autem inimica et fraudulenta.
In signis igitur amicis et blandis christus sol iusticie

peregit annum equanimitatis in quo bonos et
malos tolerat equanimiter. In hiis etiam perficit an-
num benignitatis in quo bonos benignissime
coronat. Cuius anni benignitatis est co-
rona beata virgo Maria. Ipsa enim est corona
omnium dierum huius anni quia ipsa corona omnium sanctorum
celi. Corona enim super caput locatur. Sola sic
beata virgo quia super capita omnium sanctorum locata est.
dum super capita omnium sanctorum exaltata est. Sicut
testatur ecclesia dicens. Exaltata meruit super cho-
ros angelorum et puerum ultra quam nunc humi-
litatis natura. Filius tuus Marie est summa
sanctorum corona. Maria vero sub corona est corona
huius anni benignitatis. Deque ait psalmista. Bene-
dices corone anni benignitatis tue. In signis autem inimicis
et fraudulentis peregit annum severitatis in quo
peccatores severissime cruciat. Notandum ergo quod a sig-
no arietis usque ad signum capricorni explevit
annum equanimitatis et annum severitatis.
A capricorno usque ad pisces perficit annum benig-
nitatis. vel aliter. in quatuor signis peregit an-
num equanimitatis. in quatuor annum severitatis.
et in quatuor annum benignitatis. In ariete
ergo thauro cancro et virgine fecit annum
equanimitatis. In leone libra scorpione et
scorpione sagittario egit annum severitatis.
In capricorno aquario piscibus et geminis
secundum quod Albertino apud patrem et spiritum per-
mansit perficit annum benignitatis. No-
tandum quod triplex est permanentie duratio. scilicet
sempiternitas perpetuitas et eternitas. Est Sempiternum
autem sempiternum quod habet principium et finem ut mun-
dus. et depingitur semicirculari figura ad
modum C sic C. Perpetuum autem est quod habet prin- Perpetuum
cipium et fine caret ut anima et depingitur
circulari figura cum additione tractus supra
per principium signatur ad similitudinem d sic D. Eter- Eternum
num est quod caret principio et fine ut deus
et depingitur circulari figura ad similitudine

o. sit. O. v. Mundus temporis eternitatis imago presentis
deus est. Primus igitur annus sempiternitatis
est sempiternum. sed deus et talis est perennis. Et
autem qui huius super addi potest est uniuersitatis
et est deus. Sicut enim annus usualis apud anti
quos depingebatur serpens tenens caudam
propriam more propter reuolutionem suam. eo
quod a se incipit et in se terminat. sicut deus vere
sue eternitatis per signum prelibatum presente quod est
omnium rerum principium et finis. sine principio et
fine. Unde commentum. Sola monos est alpha et
o. sine alpha et o. Quod est dicere. Sola uni
tas id est deus et principium et finis. sine principio
et fine. Cuius eternitatem et uniuersitatem idem
commentum volens ostendere dixit. Deus est spera intel
ligibilis cuius centrum ubique et circumferentia nus
quam. Deus dicitur spera vere eternitatis. quia proprium spe
rice forme est carere principio et fine. sicut apud
Marcianum dyadema dicitur eternitas habere quia
caret principio et fine. et dicitur dyadema. quasi duo
demens scilicet principium et finem. Intelligibilis cuius
centrum ubique circumferentia nusquam. dicitur ad differen
tiam spere corporalis. quia magna differentia est inter
corporalem et intelligibilem speram. In corporali enim spera
centrum pro sui paruitate uix alicubi deprehenditur.
circumferentia non in pluribus locis comprehenditur. In in
telligibili uero centrum ubique circumferentia nus
quam. Centrum dicitur creatura quia sicut tempus colla
tum eternitati reputatur momentum. sic creatura
uniuersitati dei punctum uel centrum. Immensitas igitur di
circumferentia dicitur. quia omnia disponendo quodammodo
omnibus circumfertur et omnia intra suam immensi
tatem complectitur. Alia differentia est. quia spere corporalis
circumferentia mobilis est centrum immobile. In in
telligibili e contrario quia deus secundum Boetium stabilis
manens dat cuncta moueri. In isto igitur anno uni
uersali et eterno. sol iusticie id est christus in perpetuum omnes dies
tam eterni sempiternitatis quam eterni benignitatis
illuminat lumine suo a noctibus tam eterni eq

nimitatis quam eterni seueritatis ad se retra
hendo. Quoniam beata uirgo comparatur soli

Cum soles iusticie sunt putati
uiri. plures esse non tamen
hii fuerunt uiri. solus christus
dominus uirginalis natus. a quo
licet quilibet sanctus illustratus.
plus uel minus meritum quantum
se extendit tamen capax luminis eius
se ostendit. De quorum collegio gem
ma puellarum mater sancta domini
corpus ferens clarum intra casta
uiscera totum solem cepit seculorum
omnium regem dum concepit. Igi
tur similior cunctis erat soli atque
familiarior sola deo soli. soli non
inmerito sola comparatur. quin
immo ueraciter ipsa sol uocatur.

Similitudo est sicut legitur in hystoriis
quod uno tempore plures soles uel lune uisi
sunt. Cuius causam reddit magister Wil
helmus de conchis in philosophia sua ad interroga
tionem ducis normannorum dicens. Quotiens lacus
sunt oppositi iuxta te soli uel lune. tot soles uel lu
nas in eis uidebis. qui tamen non sunt soles uel lune
sed similitudine solis uel lune habentes. Sed quia nu
bes nichil aliud sunt quam aqua. ergo quando nubes tales aque
se soli obiciunt. tot in eis soles apparebunt.
et quanto alique nubes soli magis disposita sunt
ad receptionem luminis. tanto similiorem empha
sim recipiet. Similiter plures putati sunt esse
sol iusticie id est christus. Unde secundum Mattheum. Dominus interrogauit
discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis.
Qui dixerunt ei. Alii Iohannem baptistam. Alii heliam.
Alii Ieremiam. aut unum ex prophetis. Hii autem
licet uidebantur lucere in uirtutibus et sanctitate uite
non tamen fuerunt sol iusticie id est christus. Debito enim Iohe
baptista dicitur. Non erat ille lux. sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Et sic hic non fuit qui plus

quam prophetia erat. Alii enim prophete christum de lon
ge predixerunt. iste autem presentem digito demon
stravit dicens. Ecce agnus dei. Profecto non alii
fuit illa lux. Erat enim lux vera que illu-
minat omnem hominem venientem in hunc mundum quod est christus. qui de se
ipso dixit. Ego sum lux mundi. qui sequitur me non
ambulat in tenebris. Hic solus est sol iustitie qui luce sua
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
secundum magis et minus quantum unusquisque mi
nus capax fuit. Inter ceteros autem qui in hunc
mundum nascendo venerunt beata virgo maria mun
dicia vite sue magis apta fuit ad receptionem
huius luminis. que non solum ipsius solis iustitie em
phasim in se recepit. verum etiam totum se abscondit in gre
mio suo uno continuo. Et ideo non solum emphasis
illuminata ab ipso sole. sed etiam sol illuminans
tenebris nostre miserie digne dici potest. Quid
nos miseri tot tribulationum tot angustiarum et
tot periculorum tenebris involuti valeremus. si tam
luminosissimo sole tot consolationibus nos illu
minante non haberemus. Sicut quid totus mundus
valeret si sole careret. Unde dicit Bernardus. Tolle corpus hoc
solis quod illuminat mundum ubi dies. Tolle ma
riam hanc maris stellam. quid nisi caligo in
volvens et umbra mortis ac densissime tenebre
relinquuntur. Tu ergo vera lucina pulchra ut luna
electa ut sol esto nobis illuminatrix cuius pre
sentia et totus mundus illuminatur et celestis
patria clarius lucet. Unde Bernardus. Maria presentia totus
illustratur orbis et ipsa iam celestis patria clarius
rutilat virginee lampadis irradiata ful
gore. Quomodo autem beata virgo comparatur soli dixi plu
ries in comparatione sancte marie sic. Sol diffundit
radios in orbem terrarum et illustrat lumen omnium
stellarum. sic maria protulit lumen animarum
et virtutum omnium decus supernorum. Sicut lucet
omnibus sol bonis et malis et gratus solatium
unicuique cunctis animalis. cunctis se querentibus
est maria talis. non denegans gratiam peccatori

animalis. Quomodo autem comparatur lune dictum est
ibidem sic. Luna sola noctibus lucet lumi
nosa et nunquam furibus exstat odiosa. nam dum
lucet nequeunt inferre damnosa. au
ferentes tamquam que preciosa. Nos maria talibus
ab hoste custodit. qui eius custodiam vehe
menter odit. nam eius insidias manifeste
prodit. et nisi assit vere nos corrodit.
Luna more solito mutatur solem. sic ma
ria sequitur suam sanctam prolem. et ut luna
recipit a sole splendorem. sic maria possidet
a prole decorem. Item aliis corporibus celestibus
luminosis potest comparari beata virgo sicut
maris stelle. et stelle matutine. de quo dixi
aliqualiter ibidem in comparationibus sancte marie quod
hic omitto. ne idem bis tradere videar.

Eclipsim christus in passione sua
sol patitur. comparatur eclipsis solis et
totus obscuratus. beata eclipsi lune.
dum in cruce moritur virginalis
natus virgis cesus lancea clavis
vulneratus et ut unigenita pro
les lamentatus. Deficiens cyn
thya luce radiali affectu compa
titur soli maternali. cum sic inter
ponitur tota sinu tali. ut sit obex
sensui cunctis visuali. Ipsa
quoque cynthya nimis eclipsatur
dum terrene rabies gentis ma
lignatur. solis veneficio et sic la
mentatur luna quod caradius
eius obumbratur. Eclipsis
solis fit quando luna fuerit in capite vel in cau
da draconis. vel prope metas determina
tas eclipsi in coniunctione cum sole. Et tunc
corpus lunare interpositum inter solem et aspectum
nostrum eius totum vel ad aspectum nostrum obscuratum sit.
obumbrabit nobis solem et sic sol eclip
sim patietur. Vere sol iustitie christus eclipsim passus

sius est. cu mixte mortuus est. eu q conuicta
olim luminosa luna maria. tunc au deficiebat
inter ipm et aspctu hoim interposita. ipm solem
xpm mortis caligine obumbratum cernens a que ut
luna a sole antea multiplici consolacione illumi
nabatur se obscuratam et deficientem mu
lieribus lamento dolore ostendebat. Vn bernardus aug.
Illa inquit pia mater immenso dolore eiu
lans pectora delicata contundens. ita ipius
uiscera totaque sanguinaverat fibra. ut incessu
deficiens uix pervenire potuisset ad xpm suum. De
coniunctione huius lune marie et interpositione eius
inter solem xpm dicitur. Stabat iuxta crucem ihu
mater eius maria. Ideo alius au licet nouis
sius dicit. Stabat non est de longe et cetera. Ecce
uides quod ipsa interposita fuit inter xpm et homines.

Eclipsis enim lune fit cum in plenilunio
luna in capite uel in cauda draconis fuit sub
nadyr solis. Et sic terra interponitur inter solem et
lunam et conum umbre terre cadet super corpus lune.
Cum au luna lumen non habeat a se set a sole per
umbram terre a solis luce obumbrata deficiet
in lumine et sic eclipsim patietur. Luna plena
est maria de qua dicitur prov. vi. Non est uir in domo
sua. abiit uia longissima. saculum pecunie se
cum tulit. in die plene lune reuersurus. Hic est
uir de quo dicitur Ier. xxxi. Creauit dns super terram
nouum. mulier circumdedit uirum. Maria uere mulier
sexu non corrupcione. uirum uirtutis diuine in utero
circumdedit huic uirgo. Hunc uirum cum uitam Josephus
uirum eum appellari fas est. Tres domos habet.

Domus imperatoria
habet tres mansiones

Imperatorie enim maiestatis est in palacio habere
tres mansiones. videlicet consistorium. cenaculum
ciborum. cubiculum quietis. Consistorium est
domus causarum. cenaculum ciborum. cubiculum
quietis. Sic imperator iste. qui imperat uentis
et mari. habet domum causarum mundum. habet domum
ciborum in ecclesiam. olim synagogam. habet domum
quietis uirginalem animam. Sed heu uir iste
dns uirtutum a domo mundi. a domo synagoge
a domo anime ualde sunt elongatus. quia longe a peccatoribus
salus. Vir iste in domo sua non fuit quando
passionem compaciendo dixit. Reliqui domum meam.
dimisi hereditatem meam. Saculum enim pecunie
secum tulit. quia thesaurum nature et gratie sue animo
abscondit. Sed ecce uir iste in die plene lune
iam reuersus est. Illius inquam lune de qua dicitur Cant.
vi. Pulchra ut luna. Que tunc eclipsim patiebatur
cum crudeles gentes iudeorum omnino a cruce erecta inter
ipsam et solem xpm filium eius interposita eam radio
consolacionis quo prius lucebat prohibuit illustrari. Quomodo beata uirgo comparatur galaxie.

Cum uide karissime quod uir
ginum pia uirgo mater do
mini nostri nostra spes ma
ria nimis apte poterit dici galaxia.
nostra lingua lactea quod dicitur
uia. Iste lactis circulus terrenis et
maris exalacionibus causatur a
maris. tu uirgo uirginum apte
comparatis. dum sit de parentibus
tuis generatis. Qui sunt sicut ceteri
de terra plasmati. in amaritudine
culpe generati. quem ad modum sin
guli patris ade nati. pomi ligni ue
titi gustu condempnati. Sed tu tamen
reus crimine tam originali quam in
nimis nullo simul actuali. dulcedi
nis in ethere comparata tali. albo
lactis circulo modo spirituali. Galaxia
est quidam circulus. qui et uia lactea
dicitur intersecans zodiacum in sagittario et in ge
minis. Et creatur sicut dicit philosophus in libro metheororum
de exalacione humida que dicitur uapor et sicca que
dicitur fumus. Hec au dicit exalacio eleuatur de terra
et mari et tollitur in locum ubi apparet hic
circulus lactis. Ille enim locus maxime decli
nat uersus polos mundi ubi est semper una

frigiditas. Ibi namque stelle sive sunt in
virtute frigide que talem consistentiam exa
lationis ibi congregatam prohibet igniri et
consumi. Et ideo hic circulus est sempiterne ap
paritionis. Ille etiam locus in quo talis consistentia con
gregatur plenus est astris maximis et
fulgidissimis. Et adhuc spora dicitur vocatus
vel spisse seminatis, que astra lumen suum dif
fundentes dictam consistentiam exalationis illus
trant. Igitur beatissima virgo Maria convenien
tissime potest dici galaxia sive via lactea
tum de parentibus de terra plasmatis tum origi
nali quam actuali peccato emaculatis sit pro
genita, licet ipsa egressa sit per nativitatem suam
sine peccato. Ipsa namque potest esse vas illud de
quo dicitur Prov. xxv. Aufer rubiginem de argento
et egredietur vas purissimum. Rubigo ab
lata fuit de argento quando ab originali peccato
Maria sanctificata fuit in utero et sic egressa est
tamquam vas purissimum. Distinguendum autem
est vas purum, purius, purissimum. Vas purum
ingressum fuit quicumque ex utero sic sanctificatus pro
cessit in quo tamen fomes tam ad mortale quam ad
veniale peccatum remansit. Sicut quidam dicunt
fuisse in Jeremia. Vas autem purius ingressum fuit
quicumque ex utero sic sanctificatus processit quod in ipso
fomes secundum quod inclinativus est ad actum morta
lis peccati extinctus fuit sed ad veniale reman
sit. Sicut in beato Johanne baptista de quo canit ecclesia:
Ne levi saltem maculare vitam famine pos
ses. Vas vero ingressum purissimum beata virgo fuit
que ex utero sic sanctificata processit quod in ea ut cre
ditur fomes ad actum tam mortalis quam venialis
peccati non remansit. Propter quod beatus Bernardus ait:
Ego puto quod copiosior benedictio sanctificationis in
eam descendit que non solum ortum eius verum et
vitam ipsius deinceps ab omni peccato custodivit.
Ablata ergo rubigine originalis peccati egressum
est ex utero vas purum in Jeremia, vas purius
in Johanne baptista, vas purissimum in Maria.
Ipsa etiam elevata ad eum locum in quo tot astra
fulgidissima congregata sunt, videlicet omnes
sanctos per ipsam radiorum suorum luminibus vel gra
tiis illustrantes. Que in quantum gratie in quibus
alii sancti singulis singule choruscant in Ma
ria omnes simul rutilant. Unde beatus Ieronimus ait:
Ceteris per partes prestatur, Marie vero simul
se tota infudit plenitudo gratie. Ipsa quoque con
grue potest dici via lactea propter duas proprieta
tes lactis, quia videlicet lac candidum et dulce est,
ipsa beata virgo candidissima est per castitatem,
dulcissima per sue beneficia. Via etiam est du
cens de exilio ad patriam. Unde canit ecclesia: Vitam
presta puram, videlicet per castitatem, iter
para tutum, scilicet de exilio ad patriam ut supple
mus tue beneficio post amaritudinem nostre
miserie dulcorati et de exilio traducti in
patriam videntes Jhesum semper colletemur.
Compillatum et completum est hoc opus
culum ad laudem et gloriam beatissime
virginis Marie. Anno domini incarnationis M°
CCC° viii° xii kl. Maii. Auxiliante do
mino nostro Jhesu Christo cui est honor et
gloria in secula seculorum. Amen. Explicit.

Ymagine Sequitur de ornatu beate virginis.
gloriosissime virginis matris domini
nostri taliter descripta libet ali
quid breviter de eiusdem ornatu tractare quo
decenter redimita devotos suos ad amorem
sui ardentius provocaret. Qui inquam
ornatus consistit in veste, monili, anulo
et corona. Que singula generaliter tan
gentur tum de veste tractabitur. De quibus
postmodum suo ordine restabit specialiter
exequendum. Primo ergo de veste expedi
am, in subscripto carmine quod nunquam
tamen talem sibi nullum sortietur.

Virginis h vestis qd sic fert tra testis
matris xpi que cofert gaudia tristi
Q-nā pria susceptam gratam dignet hre
Conveit h illi qui bn ne tibi vere

Vestis tua ppria uirgo singu
laris est uite munditia cunc
tis exemplaris. post et ante
nesciens ortum tue paris: que cunctis
sequacibus in exemplu daris Camisia candida uirgo do grata liquet tua
castitas do cosecrata. sacri uoti fibula
firma consignata. ut sic in perpetuum
fiat integrata Fibula no soluitur tactu
maritali nec laterna scinditur ptu uirgi
nali quis simile didicit miraculo tali.
qd dum sic remanet legi naturali Sed
qa de facili usui penetrabitur: camisa tenuis
eget ut tegatur cu tunica desup ut sic pro
tegatur ne quis membra petulans uim
phe conatur Habes ergo tunicam
uirgo que no pdit membra tua uisui las
ciuo quē odit hec est pudicicia tua que
no rodit castitatis bliu tue sed custodit,
Dum ad mente castitas fertur pertinē
carnem pudicicia committi uere debet
ambo sim matrem induere. que carnem
spm fecit sic parere Ut sic pudicicia
custos castitatis. uelo sensus in sup tegat
honestatis. ab abiectis phibens omnis
uanitatis. ne notam imprimerent sue
prauitatis Visus pudicicie subest et
auditus. olfactus modestia gaudet
communitis. gustus temperancia dulcescit
conditus. tactus scimonia fulget custo
ditus Talis decet habitus, uirgo te bta
ornamentis uariis decent ornata
monili cu balcheo simul trabeata in

sup et anulo deo subiugata arrata
Adhuc tuu pallium decor fortitudo
a celi cacumine cui logitudo. ymi
terre pecije atq latitudo. orizontā
tangit omnis multitudo Miseratrium
gencium fugies ardorem. curre cursu
prepeti umbram subitarum. cu sup
hanc estuat xpc sydus clarum. uel aqui
lo zabulus sint flans no parum Cum
istis insigniis fulges sic ornata. uere
decet in sup ugo te bta. tota nitens
aurea gemmis decorata. corona non
alij unquam fabricata Habita est
supius mencio de pallio bte vginis. qd vocatum
est fortitudo et decor De quo dr Sap fortitudo et
decor indumentum ei Quid aut illud pallium sic realiter
duobz modis potest ostendi. penes accidencia
scdm q ipi bte ugini conueniunt et penes ipius
pallij substanciam Presens accidencia scdm quod
conueniunt bte vgini. dictum pallium est una ipius
bte uirginis que i uniuersum diffusa totum orbem
celi usq ad centrum terre replevit Cuius extensione
i omnem positionem nemo i vestigare potest preter
eum qui eam sic fieri voluit spaciosam De qua
Ecclesiasticus ait Quis mensus est obuidus longitudinem
et latitudinem sublimitatem et pfunditatem quis ait
investigare Ita logitudo eius usq ad novissimum
diem invocantibz eam subvenit vniuersis Latitudo
eius replet orbem terrarum. ut sua quoque una plena
sit omnis terra gre et sublimitas eius superne ciuitatis
invenit restauracionem Et pfundum eius sedentibus
in tenebris et i umbra mortis obtinuit redempcionem
Decor hius pallij consistit tribz generibz formarum
qbz maxime consuetum est vestes decorare. sclz
stellis. rosis. et lilijs. de qbz qdam generaliter uirtutes
marie significant qdam spāliter Stelle generaliter
signant uirtutes marie. qa qd stellis pallium decoratur
tot Maria uirtutibz uariarum moribz honestatum
Rose aut signant spāliter marie geminarum

nobilitate quia sicut rosa de spina nascitur sine spina
sic maria de parentibus peccato spinosis processit sine
omni nota peccati. Mecum ortu nobili canite ecclesia sicut
spina rosam genuit videa mariam. Item lilium
tam castitatis enim quam benignitatis marie signat
castitatem ratione candoris. benignitatem ratione odo
ris. Cum enim lilium crescit inter spinas et flatu ventorum
agitatum asperius punctum sunt circumquaque spinas non
repungit. sed contra punctiones eas odore obviat am
pliori. Sic maria cum a perfidis iudeis infamaretur quod
de concubitu fabri filium genuisset. nemine increpavit
nemini durius atque indignatione respondit. Sed omnibus
proditoris verba blanda et lenia proferebat. Unde Bernardus. Re
volve diligentius evangelice historie seriem universam
et si quid forte increpatorium. si quid durum. si quod denique signum
tenuis indignationis occurrerit in maria. de cetero sus
pectam eam habeas et accedere verearis. Penes
substantiam propria pallium marie est totus ambitus
celi. Cuius decor est picturatio stellarum. Due quoque
fibule fulgidissime quibus hoc pallium circa collum
conclusio concluditur sunt sol et luna que quoque coniunguntur
quandoque disiunguntur. sicut per accessum lune vel recessum
eius a sole potest liquide declarari. Fortitudo
utrobique est potentia marie quia quidem celi ambitus
continet. Sol in die irradiat et luna in nocte illuminat
totum. Maria quod auxilium sui sanctissimi nominis invocat ab
ira dei et a persecutione dyaboli fortiter protegit et defendit
Tanta virtus huius sanctissimi nominis est utique ubicumque fuit
invocatum hoc sanctissimum nomen sic cera fluit a facie
ignis sic fugiunt demones concussi formidine et pa
vore. Unde beatus Bernardus ait. Non sic timent hostes visibi
les quamlibet castrorum multitudinem copiosam. sicut
aeree potestates marie vocabulum patronum et exemplum
fluunt et pereunt sicut cera a facie ignis ubicumque
invenerunt crebram huius recordationem devotam
invocationem. sollicitam imitationem. Habet quoque
domina alas huius pallii dextram videlicet et sinistram. Sub
dextra maria ad se confugientes refrigerat ab
estu ire dei. Sub sinistra autem calefacit persecutione et
sollicitare progredo

temptatione dyabolica frigescentes. et nemini unice due de
negat beneficium impertiri unde beatus Bernardus dicit Maria
omnibus sinum misericordie aperit ut de plenitudine eius
accipiant universi. captivus redemptionem. eger curationem
tristis consolationem. peccator veniam. iustus gratiam
angelus leticiam. denique tota trinitas gloriam. filii persona
carnis humane substantiam. Quilibet ergo peccator sub
protectione alarum marie fugiens congrue potest dicere
O maria mater nostra sub umbra alarum tuarum spe
rabo donec transeat iniquitas

Torques sit gratia et condita virgo beata
Non fabricata nec fusa nec igne probata
Sed nec limata nec consolidata borace
Gemmarum bache non sunt quibus sit decussata
Carmine depicta dumtaxat gemmate picta
Convenies nulli cuiquam bene quia tibi soli
Hanc ideoque poli rectrix pia spernere noli
Hec virgo fausta signet tua pectora casta
Pendula non actu fraudis nec turgida fastu
Numine que plena stringis virtutis habena

Reparatrix nostre m	lau
Refulgens spes omnis m	uel
dapnus glorio	lus mundi
la iuvenum ro	lucem dans
et regin	ta dei atque
in ru	tus cuius est et
ina	renorum iustus
pa	ribilis atque
in	tra tua nos pro
um	tra tene dextra
te	mitias caste
re	nite tu nos
ve	peccatum sanctum
tue	et fulgeat super nos
sla	
a	

Notandum quod hoc
carmen vocatur pri
dici monile quia sicut monile continua circumferentia
sine interruptione in se clauditur sic id carmen habet
scilicet sillabas principiorum et finium versuum convenientes quibus

qui circumferenciam monilis sine interrupcione
aliqua inse continuat et concludit. Silbas namque
inquam sillabas precedentes versus desinunt et ab eisdem
inchoantur subsequentes. Ita quod demum a qua sil
laba primus versus incipit in eandem novissimus terminatur.
Sicut clausula monilis solummodo in cardine
monili adheret. sine libro manente. qui quidem
inquam finis quandoque levatur quandoque deprimitur sicut
patet in apercione et clausione monilis. sic ultimus
versus huius carminis tendens per dyametrum circumfe
rencie monilis. incipit ab hac silla Re. que est prin
cipium primi et finis ultimi versuum circumferencialium et
terminatur in hac sillaba men sibi ipsi spaciale. Sicut hic
finis liber esse videtur quia cum nulla circumferenciali com
silla colligatur. Sic in libro iecta figura patet liquide de

Sequentes figura et modus. Monstrari
carmina dicitur monile sancte Marie. Istud quoque
monile tam secundum etymologiam generalem quam
secundum formam suam spacialem significat beatam virginem que
omnes exemplis castissime. Cum enim monile dicatur
a moneo mones. eo quod mulierum pectora consignans
ne cuiquam ad petulantem tactum aditus pateat.
ad castitatem monet. significat beatam virginem que omnes
exemplis castissime vite sue ad caste vivendum
monet pariter et invitat. Forma autem huius moni
lis est eptagona circulus. scilicet angulis significatur scilicet dona
sancti spiritus que beatam virginem in se possedit. Est et hic
monile principium circumferencie carmine contextum. scilicet
versiculis continuus quibus quasi. scilicet gemmis redi
mitur. Quorum in quolibet versiculi significantur. scilicet virtutes quarum
3. sunt theologice. scilicet fides. spes. karitas. quattuor cardi
nales. scilicet prudencia. temperancia. fortitudo. iusticia
quibus beata virgo fuit predita. Pessulum autem
clausulare per dyametrum ipsius monilis at
tingens a fine usque ad finem significat Christum. qui
est sapiencia ab ore altissimi pro

diens. attingens a fine usque ad finem fortiter suaviter
disponensque omnia. Nam in quantum Christus de sinu patris
prodiens in uterum virginis attingit a fine divinitatis.
sic loquendo. quia divinitas infinita est usque ad finem
humanitatis scilicet homo. Est autem ipsum pessulum
clausulare et clavis david. que aperit. et nemo clau
dit. claudit et nemo aperit. David interpretatur manu
fortis et significat deum qui quia manu fortis est. que per
filium aperit nemo claudit et que claudit nemo aperit

Cingulus iste pia tibi convenit ecce maria
Convenit hic soli tibi. quem pia sponte vocavit
Cingulus hic cingat te. me tua gracia stringat
Semper ut ardoreque tuo flagrans | ab amore
Non solvar | dulcis virgo | quia cor michi fulcis
Donans spem vite dulcis | pia quam geris ite

sterius hin tytu Que tanctis hora
lus. Sic agnue uocata tur
Scte marie cangu Digne ue et landa
De regali procreata stirpe parens atque
nata xpi cunctis prerogata Fulgens namque
in utute dulce fructu p salute una fudit in
polluta Sicut ante ptu fuit sic post ptu est
intacta florem castitatis nacta Dulci lacte
xpm pauit vera uidit hoste strauit et ruina
repauit Via parens xpm deu innocente
et nocentum morientem uidet eu Audeis
crucifixu crudelit et co fixum quem caste
nouit enixu Mat xpi glosa mundi iubar
celi rosa quanto es dolore rosa Cum que
castis uisabz egris fundis hominibz de
fice in uribz Certus et amore sterni qui
hanc cu portas aium fregit secli rex eciu
Potenti manu prostrauit hostem seuum
superauit et inferni debellauit Resurrexit
a mortuis apparuit caris suis gaude cum
amicis tuis Gaude quia tu nati quem
uidebas mortem pati innocent uiuificati
Comitatu cu scorum caro scandit ad polorum
summa ciuus angelorum Cetus stupent po
tentatu que corpu dei nacti admirantur
creaturum Post que mat ascendere te
lucem in ctis sciam mente ducis uitute uitente
Et exemplu cunctis dares quam femine
atque mares uicti cu pribz pares Et cu
statu uginali puerque uiduali paup status
cu regali Simul debent imitari honorare
ueniari pre possunt nam saluari Gaude
ugo mat xpi de desto mundi tristi ssima
celi conscendisti Qui uoltu tam decorum stupet
cetus angelorum hec questio sunt quorum Que e
ista que sic tendit p desertum et ascendit
quam sic dilecti accendit Amor quibus
nosse datur tunc a cunctis honoratur iherar
chijs et laudatur Ipam et nos omnes rei
glosam matre di quod tenemur digne ei
Actione honorem et uocibus collaudemus
nam mito hoc debemus Virgo moysi fiscel
la regis uinaria cella in tam dampnosa pro
cella Et in mundi huius mari non sinas nos
naufragari fac nos uite conseruari Rubus
ardens nec crematus tu es uere fons signatus
cum unda xpe natus Thronus ueri salomo
nis tu et uellus gedeonis sol lucens malis
et bonis Tu porta ezechielis arbor uirens
danielis nubes rorem dans de celis Virgo
prudens uirgo mitis speciosa sunamitis
cypri fructifera uitis Sponsa regis tam
decora glosa mandragora tu pro nobis xpm
ora Sponsa salomonis ueri hester sponsa
tu asueri a te possam tueri Iudith caput
holofernis ense secans nece sternis a firijs
nos auernis Ense tu defende crucis ortus
tu et uirga nucis da gaudia uere lucis Mise
rorum consolatrix et lapsorum subleuatrix larga ueme
donatrix Maris stella tu serena gratia ce
lesti plena non sis michi aliena ue ne
rnytem omnes pro multu cer tud
nnuem reu sper
socia me tuis uern tum
and parum nunusculis uem
lum Domazla
suscipe cangu us
contexuit ut tibi sit lau

Anulus ecce pia quē suscipe ūgo o
O regina poli tibi cōueīt hic q̄a soli
Hūc aptet dignitas q̄z tuus pia dignacō tis
Assit gracia tis michi graciaq̄z munia sunt tuis

Hic anulus sigr̄ b[ea]tam virginem· cui lapis
est xp̄c. Nā sicut ī medio anuli positus
duos fines anularis circūferencie cōiungit· et se vnit
sic xp̄c ī vtō b[ea]te ūginis diuinitatē cū hūanitatē
cōiunxit· et in se vniuit· ut sit idem d's et hō et vnus
xp̄c. Vel aliter. Hic anulus sigr̄ ecclesiam cuius
angularis lapis est xp̄c. Nā lapis angularis anulari
supereminēs duos fines anularis circūferencie ligat
et vnit. Sic xp̄c ecclie angularis lapis de quo dicitur
e. Lapidē quē reprobauerūt edificantes h[ic] f[ac]t[u]s ē in
caput anguli· duo testamenta s[cilicet] vetus et nouū ligat
et vnit et facit vtrūq̄ vnū. Hic anulus d[icitu]r ecce
Marie· et ipa b[ea]ta ūgo d[icitu]r dūa anuli· et sicut
dūa anuli· ita dūa ecclie dicitur.

Gracia te plena sola decz h dyadema
Alma pens x· fiei pia dum meruisti

Suscipe q[uia] g[ra]tū mūdās michi q̄ q̄z reatū
Sic q̄q̄z mūdatū· simꝰ omnī pte beatū
Carcere de tetri· soluēs associa xp̄i
Menbris ī celis· dans gaudia ūgo fidel'
Mente pa pociēs ad uirtutes prona
Maria p̄ceris graciarū dona
Nacta cepit plenꝰ atqz cūcta bona
Est igr̄ tali laudū būi digna corona
Nature p̄ncipiū dū primordiatur
Contra naturalia quippe naturatur
In vēo virginis· que nō maculatur
Q's nisi credo d's· sunu p[at]r h opatur
Turbida vises hom peuētre uescit
Dei pris q̄mō uerbum requiescit
In aluo ūgineo vl' quomō crescit
Accipiēs hōis formā· sic ipe d's scit
Scit saluator oīm fore sic p̄missum
Pris būficio· genus ut elisum
Valeat resurgē suum p̄ amissum
Deflectēs sup h ad infima visum
Sumpsit carnē hōis noua genitura
Nascit' de ūgine· contra carnis iura
Sine viri semīe· claudicat natura
Nata dī mr̄· fit ūgo puerpa pura
Racio sic deficit· nec nō lex nature
Creator induit' forma creature
Subici se paciēs· seruuli p̄ssure
Sui sic dn̄s patit' se plecti vire
Resurgūt humilia summis coequata
Descendūt sublimia ymis sociata
Dū sic humanitas deo copulata
Efficit h caritas· dūi pietas q̄z b[ea]ta
Thalamū īgreditur vbū ī carnatū
Pabele nuncio nimphe nūciatum
Vt sponsus egeditur carni copulatū
Q[uo]z fructū vētris tuis fore credo btū
Cum dei tum hōis festū nupciale
Predixit uaciter dominum natale
Inequali iungit prorsus inequale

Dum non cum tali vult quod concurrere tale
Legem suam deferens phisis copulatur
Cum metaphisico, tuncque generatur
Verus sol de cynthia que plus illustratur
Stellis quas celumque decoratum decoratur
Turba tota celica laudem trinitati
Canit in sollempnio salvatoris nati
Per cuius commercium sumus reparati
Ex deitate sua simul omni parte beati
Tibi laus sit trinitas deitatis tamen
Individua unitas nobis dans tutamen
In nomine triplici personarum tamen
Quia tres persone deus unus creditur amen

Sciendum quod hoc carmen et secundum continuacionem et secundum aptitudinem convenienter dicitur corona beate Marie. Secundum continuacionem quia sicut corona expers omni interrupcione caret principio et fine a se incipiens et in se finiens continuo gyro clauditur. Sic illud carmen habet .n.xij. sillabas in quibus precedentes versus finiunt et a quibus sequentes incipiunt, ita quod denuo a qua silla primus versus incipit in eandem ultimus terminatur. Quod si in aliquo carmen in uno continuo gyro scribi posset non de facili quiret eius principium inveniri, si dictacio non foret parcius conclusa, sicut in subiecta figura pro aliqualiter saltem perfunctorie principia demonstravi. Secundum aptitudinem autem quia multi aptas laudes quibus ipsi beate virgini depromit corona beate Marie aptissime nuncupatur. Sciendum quod hoc carmen quod corona beate Marie tantummodo de nativitate domini agit quod inscriptio non vacat quia primo tunc beata virgo regina vocari incepit cum regem celorum creditur peperisse.

Preterea notandum quod singulis que in sequenti figura dyadematis consignata sunt debet misterium non deesse. Primo igitur flores huius dyadematis quinque in numero sunt quatuor principaciores tum speciei sunt unus flos qui significat Christum florem virge Jesse. Quia nimirum flos Christus in nativitate floruit. De quo Ysaias dicit: Egredietur virga de radice Jesse et cetera. In passione aruit unde David: Dies mei sicut umbra declinaverunt et ego sicut fenum arui. In resurrectione refloruit, unde: refloruit caro mea. Denique in ascensione sic in altum crevit quod omnes celos penetravit. Unde quod illud: Elevata est magnificencia tua super celos. Quaternarius

autem minus precedencium florum significat quatuor evangelia que ipsius floris Christi nativitatem, passionem, resurrectionem et ascensionem predicant. Item per tales quatuor flores principaciores speciei significat Christum penes unitatem persone. Diversitate autem nominum significat eundem penes diversitatem temporis. Item nam Christus in alio tempore natus et in alio passus. Et alio tempore resurrexit a mortuis et alio ascendit ad celos. Et isti flores per se generaliter nativitatem passionem resurrectionem et ascensionem Christi significant. Specialiter autem passionem. Quorum generalis

significat exprimit in eminentia. Nam si nascatur eminet
ibi ubi prius non fuit, quod ad humanitatem Christi pertinet.
Eminet idem Christus resurgit eminens post casum.
Christus ascendit eminens super celos. ¶ Spiritualis signat
passionis ordinem in figura, quia isti flores sunt crucis
figuram, que est signum passionis. ¶ Sunt et in quolibet
flore quinque lapides rubei coloris, qui signant quinque
vulnera Christi. Nam si quatuor quinarii ordine locentur
supra algorismum figura quinarii sic 5.555
significant quinque milia quingentos quinquaginta
quinque, qui numerus creditur esse omnium vulnerum Christi de
quibus sanguis nostre redemptionis precium emanavit.
Tot enim vulnera preter livores percussionum in corpore suo
habuit de quibus cruorem fudit. Sicut revelatum est
cuidam sancte Marie devoto. Nam cum omnem devotionem
impenderet rogando beatam virginem ut ei ipsum filium
suum ostenderet sic sicut fuit de cruce depositus. Tunc
apparuit ei Christus totus exhaustus totusque vulneribus
plenus ita ut non sit in eo sanitas a planta pedis
usque ad verticem capitis. At ille gemens ac tremens
fletibus perfusus interrogabat quot vulnera haberet et
responsum est ei ab angelo assistente 5.5.55.
Estimo non incongrue nondum quod devotio fidelium
affirmat quod quicumque tot dominicas orationes ob reverentiam
vulnerum Christi mundo ac devoto corde decantaverit
gratiam penitentie et peccatorum indulgentiam
consequetur. ¶ Dicunt tamen quidam quod Christus habuit vulnera
sanguinem producentia quinque milia quadringenta
sexaginta. Dicentes quicumque singulis diebus
per annum decantaverit xv dominicas orationes numerum
vulnerum complerent. Annus enim continet dies 364
et si hic numerus dierum anni multiplicetur per 15 exibunt
5460 qui numerus est vulnerum Christi. Priori tamen
numero estimo consentiendum ratione maioritatis eo
quod in maiori minor numerus includatur. ¶ Et memorandum
quatuor flores quatuor positiones scilicet ante et retro
sinistrorsum dextrorsum significant nativitatem passionem
resurrectionem et ascensionem. Flos positus
ante scilicet a plaga orientali significat nativitatem quia tunc
Christus verus sol ortus est. Unde dicitur Ortus est
sol scilicet Christus et cognitus sit scilicet deus et homo et angelis
et oriens sic sol salvat mundum. Et flos positus
retro scilicet a plaga occidentali significat passionem
Christi quia tunc Christus verus sol occidit. Unde dicitur Sol
cognovit occasum suum. Et flos positus a sinistris scilicet
a plaga septentrionali sive a media nocte significat
resurrectionem quia Christus media nocte creditur
resurrexisse a mortuis ut legitur. Hec nox
in qua Christus ab inferis resurrexit. Et flos positus a dextris
scilicet ad plagam australem sive ad meridiem
significat ascensionem quia Christus in meridie ad celos creditur
ascendisse. ¶ Vel aliter flos positus ad mediam
noctem significat nativitatem ut ibi dicitur Dum medium
silentium tenerent omnia etc. Flos positus ad meridiem
significat passionem Christi quia in meridie legitur exspirasse.
Unde Amos Occidit sol in meridie. Flos positus
ad mediam noctem significat resurrectionem Christi sicut
visum est. Et uterque flos et ad orientem et ad occidentem
positus significat ascensionem Christi. De primo dicitur Psal.
Psallite domino qui ascendit etc. usque ad orientem. De secundo
Qui ascendit super occasum dominus nomen illi. ¶ Nam in
hiis est mentio de ortu et occasu veri solis Christi ideo
propter eos qui cum isto vero sole oriuntur nascendo et occidunt
moriendo secundum quod quidam ad poetas pertinet est
ortus et occasus signorum scilicet cosmicus sive mundanus
chronicus et heliacus. Cosmicus ortus est quando signum
vel stella aliqua oritur de mane cum sole. Occasus
vero cosmicus est ratione oppositionis quando sol oritur cum
aliquo signo cum signum oppositum occidit cosmice.
Chronicus autem ortus sive temporalis est quando signum vel
stella post occasum solis ex parte orientis super
orizontem emergit. Chronicus vero occasus est
ratione oppositionis. Heliacus sive solaris ortus est
quando signum vel stella propter mundi per elongationem solis
ab illa quam prius videri non poterat solis propinquitate.
Occasus vero heliacus est quando sol ad signum accedit
et illud propter presentiam suam videri non permittit. ¶ Porro
notandum quod quatuor sunt genera morientium. Alii enim mo-
riuntur cum domino. Alii in domino. Alii pro domino. Alii
sine domino. Cum domino moriuntur omnes mundi

Nota

M[illegible] bis lecta est [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible] narratio [illegible]

Si bona suscepimus de manu domini mala autem quare non [illegible]

tentur. ante omnes. colles. generavit me dominus. Ego altissimus habito.

[illegible]

thronus meus. in columpna nubis. Ante.

Et animadverte parabolam et interpretationem verba sapientium et enigmata eorum. Timor domini principium sapientie. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tue ut addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo. Fili mi si te lactaverint peccatores ne acquiescas eis. Si dixerint veni nobiscum insidiemur sanguini abscondamus tendiculas contra insontem frustra deglutiamus eum sicut infernus viventem et integrum quasi descendentem in lacum omnem preciosam substantiam reperiemus et implebimus domus vestras spoliis. sortem mitte nobiscum marsupium omnium sit unum nostrum. Tu autem do-

[illegible]

Mitte domine sapientiam de sede [illegible]

[illegible]

magnitudinis tu e. ut mecum sit

et mecum la bo ret. ut sciam quid

Exceptiones peremptorie [illegible]

acceptum sit coram te omni tem

por e. Da michi domine sedium

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio [illegible]

tuarum assistricem. sa pi en ci am.

Fili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. pedes enim illorum ad mala currunt et festinant ut effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque insidiantur sanguini suo et moliuntur fraudes animas suas. Sic semite omnis avari animas possidentium rapiunt. Sapientia foris predicat in plateis dat vocem suam in capite turbarum clamitat in foribus portarum urbis profert verba sua dicens. Usquequo parvuli diligitis infantiam et stulti ea que sibi sunt noxia cupient et imprudentes odibunt scientiam. Tu a-

[illegible]

Da michi domine sedium tu-

[illegible]

arum assistricem. sa pien ciam. Et

noli me reproba re a pueris tuis

Quoniam servus tuus sum ego.

et filius an cille tu e. Domi-

ne pater et deus vite mee ne dere-

linquas me in cogita tu ma lign

